

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Loquacitas t
cum fontibus proximo et primis

Vanus sermo uane conscientie est index.
Mores hominis lingua pandit,
et qualis sermo ostenditur,
talis animus approbatur
quoniam ex abundancia cordis os loquitur.

Sermo uanus non erit absque iudicio

quia ab omni statu rectitudinis deperiunt
qui per uerba uana dilabuntur.

Hugo libro II. de anima.

Vanus enim sermo, vanae conscientiae est index.
Mores hominis lingua pandit;
et qualis sermo ostenditur,
talis animus comprobatur:
quoniam ex abundantia cordis os loquitur
(*Matth.* xii, 34).

Sermo vanus non erit absque iudicio;

quia ab omni rectitudinis statu depereunt,
qui per verba vana dilabuntur.

Pseudo-Bernardus Claraeuallensis, *Tractatus de interiori domo*, 24 (PL 184, col.533D-534A).

Sermo uanus uanae conscientiae index est.
Mores hominis lingua pandit.
Et qualis sermo ostenditur,
talis animus comprobatur.
Ex abundantia enim cordis os loquitur.
Cae fabulis ineptissimis,
inanis fabulas non loquaris,
inania uerba non garrias.
Retice uerbum quod non aedificat audientes,
sermo otiosus non erit absque iudicio.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma*, 2.45-46
(CCSL 111b, J. Elfassi ed., pp.99-100, ll.469-482).

Sciendum quoque est
quod ab omni rectitudinis statu depereunt
qui per noxia uerba dilabuntur.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 7.37
(CCSL 143, M. Adriaen ed., p.379, ll.49-50).